10.

DISPVTATIO IVRIDICA

DE

# CONTRIBVTIONE

QVAM

D. M. O. F.

SUB PRÆSIDIO

NOBILISSIMI AMPLISSIMI AC CONSVLTISSIMI

VIRI

DN. GEORGII ENGELBRECHT,

JCTI AC PROFESSORIS ORDINARII IN HAC IVLIA CELEBERRIMI

DOMINI PATRONI AC HOSPITIS SVI OMNIS HONORIS OBSERVANTIA PROSEQVENDI

ad d. IV. Auguſt.

PVBLICAE ERVDITORVM DISQVISITIONI PROPONIT.

JOHANN. CASPAR Hunerbein/

Mansfeldenſis Autor.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

HELMESTADII,

Typis HENRICI DAVIDIS MULLERI, Acad. Typ.

Anno CIↃ IↃ C LXXVII.

I. N. J.

# Præloquium.

QUemadmodum in corpore humano, uti facili negotio videre eſt, omnes ſpiritus vitales â ſanguine quam maximè dependent, quippe quo abeunte nec vitam homo retinere, nec perſiſtere poteſt, ita haud difficile eſt perſpectu, pecuniam in corpore politico, Republica nempe primas tenere partes, cum ejusdem non ſolum ſit mater & anima ſed & tutrix & conſervatrix, adeo, ut ſine hac meritò corpus ſine ſanguine dici mereatur. Hac enim rerum domina deficiente, nulla Reſpublica in tuto eſſe, demonſtrante *Lipſio l. 4. Pol. 9. aliisq; quamplurimis. locis* nec ſe adverſus hoſtium improbitatem tueri poteſt, cum ſine hoc neceſſario rerum agendarum nervo bellum ne inchoari quidem, multo minus continuari ac feliciter geri queat; Nam, ut *Cic. p l. Manil.* loquitur, pecunia arma facit utilia, ferroq; in bello potentior. Pacis vero temporibus quis neſçit, quanta inſit

vis pecuniæ, cum eâ civitates ſibi varia hominum genera concilient, ſubveniant ſociis, ingenia & artes alliciant foveantque, atque alia innumerabilia argentum producat commoda. *Bæcler. diſſert. polit. l. 4. c. 7.* inde in jure civili Reipubl. & patrimoniorum robur ac nervus dicitur, *l. 1. §. 20. ff. de quæſt. l. 22. in fin. C. de adminiſtr. tutor. Nov 149. c. 2. Novell. 161. cap. 2.* Ad hanc autem parandam in Rebuſpubl. varii & ferme innumeri excogitati ſunt modi. Vt alios nunc taceam, ex iis hodie quam maxime frequentatur is, qui venit nomine contributionis, vel, ſi cum jure Romano loqui velimus, munerum patrimonialium: iſte enim hac temporum facie tam altas egit radices, ut hujus varias & intricatas ſpecies, nemo ferè mortalium ſatis enodare poſſit, & de hac pro viribus ingenii, ac temporis anguſtia pauca quædam diſſerere, mihi nunc eſt conſtitutum.

*CAPVT I.*

## DE ORIGINE AC DESCRIPTIONE CONTRIBVTIONIS.

§. I.

QVoniam vero ii, quibus noctu ambulare neceſſe eſt, ſi absque face vel lucerna ſint, à recto tramite facilè deflectunt, ſimili quoque modo, qui absque ordine quaſi rerum face & lucerna rem aliquam aggrediuntur, facile confundi, ac in devia ſeduci poſſunt, teſte *Soto l. 1. diſt. 12.* exulante

larite enim ordine, confuſio ſuccedit: cum in rerum natura nihil ſtabile inveniatur, quod non ordine colligatum, aut nihil pulchrum, quod non eodẽ conſtructum ſit, ut habet *D. Aruma. Diſcurſ. polit. ſup. A. B. c. 3.* Quapropter & ego mei muneris eſſe putavi, ſi ſecundum iſtum ordinem in materia propoſita progrediar, ut, breviter præmiſſa contributionum origine & deſcriptione, poſtmodum conſiderem diviſiones præcipue munerum patrimonialium: perſonas tum tributa imponentes, tum quibus imponitur: res, de quibus exigi vel non poſſint: modum ea imponendi, & demum effectum. Huic igitur labori Deus benigne adſit.

II. Originem à primis omnium Rerumpubl. incunabulis haud immerito accerſimus, ita, ut cum ipſis imperiis tributa, vel, ut in legibus appellantur, munera nata eſſe asſerere haud dubitemus, cum extra controverſiam ſit, exorto regimine, neceſſaria quoque fuiſſe media, quibus illud ſartum ac tectum conſervetur, cum imperii habenæ abſque his mediis convenientibus, & ſufficientibus feliciter regi non poſſint, ſed flagrante neceſſitate tribuendum aliquid fuit ad clavum Reipubl. ſedentibus, iisque ſubminiſtrandum, unde Majeſtatem conſervare, defendere, ſubditoſve tutos & tranquillos reddere potuerint, quod Tacito fructus appellatur, quibus Reſpubl. ſuſtinetur, & ſine quibus imperium diſſolvi neceſſum eſt, unde apposité *libr. hiſt. IV.* ad hanc rem loquitur, *neque quies gentium ſine armis, neq; arma ſine ſtipendiis, neq; ſtipendia ſine tributis, haberi queunt.* Quod adeo in honeſtate fundatum & utilitate publica, ut etiam videatur Regibus conceſſa quædam poteſtas, in ſubditorum bonis, inde tantum, quantum flagitaverit neceſſitas, vi ſupereminentis dominii decerpendi *Klock. c. 1. §. 49.* quoniam enim publicum illud munus, cujus fructus in ſin-

 gulos

gulos derivatur, & quod clavum in quavis Republ. gerens ſuſtinet, multis ac ſummis expoſitum eſt moleſtiis, quippe is ſubditorum querelis faciles aures præbere, eisque mederi, juſtitiam civibus æqualiter tribuere, deq; ſingulorum ſalute excubare, teneatur, injuſtum ac iniquum eſſet, ſi non ex ſingulorum bonis, quantum ad neceſſariam & honeſtam ſui, totiusque Reipubl. conſervationem requiritur, detrahendi poteſtatem habeat, exemplo apium, quarum rex uti omnium iter & opus quaſi gubernat, ita omnium quoq; auxilio nutritur, idq; juri naturæ quod hominum animis inſculpſit Deus, ſuperſtructum eſt, adeoq; etiam mos iſte jam inde à rerum origine apud omnes gentes receptus, quotquot aliqua Reipubl. forma ſunt uſæ, eoque reſpectu bona privatorum etiam publica quaſi eſſe videntur: quod enim ad civitatis finem & conſervationem confert, & ſine quo finis ille obtineri nequit, de eo poteſt majeſtas ſuo jure ac arbitrio diſponere in Republ. cum quilibet hac lege in civitatem veniſſe, & in ea vivere præſumatur, ut munera ac onera, quæ neceſſitas, ſalus, ac finis civitatis exigit, lubens ſuſtinere velit, *Bœcler. Inſt. Pol.* ſiquidem in quantum quis eſt ſocius civitatis, in tantum eſt ad ſalutem civitatis obligatus, conſilio, corporis viribus, & opibus, imo ipſa vita promovendam, quod germani dicunt mit Leib Gut und Blut & inde etiam, ſi nulla ad ſunt bona publica, vel licet ad ſint, tamen non ſufficiant ex bonis propriis ea ſuppeditare vel ſupplere obſtrictus eſt. Qua de re *Grot. l. 1. c. 2. de J. B. ac P. ferme in fine eleganter* loquitur: *Tributa inquit, ut ſolvamus honeſtum eſt, atque etiam præceptum conſcientiam obligans, ut Paulus Apoſtolus explicat: nam tributorum finis eſt, ut poteſtates publicæ habeant, unde ſumtum faciant ad bonos tuendos, ac coercendos malos Rom. 13. v. 3. 4. 6,*

III. Si

III. Si hiſtoriam profanam in conſilium adhibemus memorat *Herod. l.3*, tempore Cyri & Cambyſis, nihil circa tributa conſtitutum fuiſſe, ſed ſponte munera à ſubditis fuiſſe oblata, id quod poſtea Darius Hyſtaſpis immutavit, imponendo ſubditis tributum, & inde factum, ut Cyrus quia mitis, patris, Cambyſes, quia aliquanto moroſior, domini, Darius vero inſtitoris ſive quæſtoris agnomen meruerit *Herod. lib.3.* & *Xenophon. Pædia Cyri l.3. num.12.* Darium longo poſt temporis intervallo ſecutus fuit Auguſtus, qui totum terrarum orbem Romanum in cenſum retulit, quod ante eum etiam Servius Tullius citante ex Floro *Boxhornio Diſſert. Polit.* feciſſe memoratur *Flor. l.1. c.6. n.3.* Veritati vero convenientius videtur etiam tempore Cyri & Cambyſis jam tum tributa extitiſſe, cum id quod imperantibus ſponte à ſubditis erogatum fuit, firmum ac ſolum conſervationis munimentum eſſe non facilè potuerit.

IV. Verum quid multis ex prophanis hoc deducere laboramus, cum ipſa ſacra ſcriptura commendat & approbat tributa, & collectas; Cum enim Deus populo Iſraelitico Regem petenti, jura regis exponi per Samuelem mandaret, haud poſtremum in iis fuit, quod ipſi regi quotannis aliquid pendendum eſſet, *1. Samuel. 8. v.9.* & quod Rex poteſtatem haberet ex frugibus & vineis decimas exigendi *2. Samuel. 8. v.2.* & ut hæc tributa eo firmiora ac certiora eſſent, Sacra Scriptura jus Regis appellavit. Quodcunque igitur jure Regibus ac ſuperioribus competit, ac debetur, id non aliter quam ſumma injuria illis poterit denegari. Reſpondet huic novum teſtamentum, & ipſius ſervatoris effatum, præcipiens *Matth. 22. v.21.* Cæſari quæ Cæſaris ſunt, danda eſſe, nec ipſe recuſavit tributum, quod Judæis

detrach-

dedrachma appellatum fuit, perſolvere, *Matth. 17. v. 24. & ſeq.* licet quaſi regum filius ut loquitur Hieronymus id non debuiſſet. *Caſaubon. exercitat in Baron. 15. diatrib. 19.* Hujus ſacroſanctis veſtigiis inſiſtens divinus Ethnicorum doctor Paulus, tributum cui tributum, vectigal cui vectigal debetur, indiſtincte dare juſſit. *Rom. 13. v. 7.* Jung. *Dom. Soto l. 3. de Juſt. & Jur. quaeſt. 6. art. 7.* Firmum itaque atque indubitatæ eſt fidei, munera ac contributiones eandem cum Imperiorum natalibus originem habere, licet ſucceſſu temporum crebrius forſan uſurpatæ & auctæ fuerint, quin & hoc manet verum, quod tum in jure divino, tum naturali fundatæ ſint, quò demonſtrato, earum diviſio paulo altius nobis perſcrutanda modo prius deſcriptionem munerum patrimonialium ſive contributionum in medium adduxerimus.

V. Reale igitur munus ſive contributio, uti hic conſideramus, eſt onus publicum rei cohærens, ad quod præſtandum perſona propter rem obligatur, *l. 11. pr. ibi. ſunt munera, quæ rei proprie cohærent. de vacat. & excuſ. mun. Dn. Hahn. in obſ. ad VVeſ. tit. de mun. & honor. n. 2. in fin.* vocatur alias in jure tributum *l. ult. §. 7. ff. de conſ. & tot. tit. C. d. anon. & tribut.* indictum & indictio *Cod. d. indict.* Canonica tributio *l. 32. §. 6. ff. de administrat. & peric. tutor. l. 8. C. de excuſ. mun.* Collatio *l. 17. § 3. ff. d. uſufr. 2. feud. 28.* Collecta & cenſus *l. ex Convent. C. ſine cenſ. & reliq.* Berna & urſus à Bohemico Benie. *Thom. Reineſ. l. 3. var. lect. c. 1. paulo ante finem:* unde forſan & proverbium einen Beeren anlegen h.e. indicere collectas. *Andr. Knichen d. Saxon. non provoc. jur.* verb. Ducum Saxoniæ *c. 5. n. 338.* Germanicè Schatzung/ Steur/ Beeth: quia olim collectæ raro, & extra caſum neceſſitatis non niſi precariò imponebantur, Anlag/ Beyhülff/ *VVehner, in pract. obſerv. in verbo* Beede/ Bethe ubi dicit

dicit Bethen idem eſſe quam begehren / manet enim antiquum illud veriſſimum. Eſtque rogare ducum ſpecies violenta precandi.

## CAPUT II.
## DE DIVISIONE MUNERUM S. COLLECTARUM.

### §. I.

Quoniam vero Reipubl. non ſemper eadem ſit facies, ſed ea variis mutationibus ſit obnoxia, neceſſitasque, cui ope ſua cives occurrere tenentur, aut continuam habeat cauſam, aut inſperato veniat, munera generaliter dividuntur (1) in ordinaria & extraordinaria; *l. 5. C. d. annon. & trib. l. 10. l. 1. C. d. indict. l. ult. C. d. mun. patrimon. l. 1. C. d. privil. dom. Augu.* Priora deſcribuntur, quæ ordinariam ſempiternam & quaſi uniformem habent cauſam, *Klock. de Contrib. c. 2. n. 5. Hahn. ad tit. ff. de mun. & hon. n. 2.* & ſtato tempore pro ratione patrimonii ad ferenda Reipubl. onera pendenda ſunt, *Jacob Lampad. de Republ. Rom Germ. p. 3. c. 4. theſ. 20.* qualia ſunt, quæ ſuſtentandæ cameræ Spirenſi ab ordinibus Imperii deſtinantur zu unterhaltung des Cammergerichts *Severen. de Monzamban. de ſtat. Imp. German. c. 5. §. 7. Mundius à Rodacb. de muner. c. 2. n. 90.* Nam licet hæc contributio ab initio fuerit temporaria, & extraordinaria viſa R. A. zu Speyer Anno 1544. §. So viel das Recht belanget/ R. A. zu Augſpurg Anno 1548. §. dieweil auch unſer Keyſerl. Kammergerichte. poſtea tamen perpetua facta eſt, & ordinaria *Ord. Cam. part. 1. tit. 42. usq. ad tit. 48.* R. A. zu Augſpurg Anno 1566. §. damit auch dieſe R. A. zu Regenspurg Anno 1654. §. dieweil auch ꝛc. & præprimis ordinaria munera ex his dijudicantur requiſitis: (1) ut à ſupremo Magi-

B ſtratu

ſtratu indictionem & autoritatem habeant, (2) ut cauſa ſit continua, ordinaria, ſucceſſiva, (3) ut ſemper uniformiter atque certo nec mutato imponantur modo, hæc ſi adſunt requiſita, ordinarium munus ſignificant. Extraordinarium munus deſcribitur, quod ordinariam cauſam non habet, ſed ſaltim obveniente aliqua neceſſitate, aut poſtulante utilitate publica indicitur, & *Gailio l. 2. obſerv. 52.* munus contributorium appellatur *arg. l. 8. §. feria 7. ff. ex quibus cauſ. maj. l. 12. ff. d. mun. & honor. l. 8. §. 3. ff. de vacat mun. l. fin. C. de muner. patrimon.* & vocatur in ſpecie extraordinaria indictio *l. ult. C. d. mun. patrim.* ſuperindictio *l. privatas 1. C. d. privileg. dom. aug.* extraordinaria collatio *l. 2. C de quibus mun. vel præſtat. 2. feud. 56.* Periſſochoregia id eſt ſupererogatio *l. diurnos 2. C. de frument. Alexandr.* eoque ſpectat munus, quod in elocandis magnatum filiabus ſubditi ſolvere tenentur, & convenientiſſimo nomine Freulein Steur indigitatur *Koppen. deciſ. 32. n. 5. Cothman. Conſil. 3. n. 225. vol. 4. Gœdd. Conſil. Marp. 16. n. 498. vol. 4.*

II. Omnium porro munerum diviſionem (2) nobis demonſtrat *l. 18. de mun. Gail. l. 2. obſerv. 52. n. 3.* quod nempe ſint vel perſonalia, vel patrimonialia, vel ex his mixta, cum enim Civis Rempubl. & corporis & patrimonii viribus adjuvare ſit obligatus, orta inde eſt hæc diſtinctio. Nam in negotiis civilibus primum occurrunt munera quæ animi proviſionibus, & corporalis laboris miniſterio expediuntur, & hæc ſunt perſonalia, quorum exempla *dat. l. 18. §. 1. & ſeqq. ff. h. t.* aut ſecundo requiruntur ſumptus & expenſæ ad conſervationem Reipubl. quæ ex civium patrimoniis deſumuntur, & inde orta munera patrimonialia, vel realia, quæ *Eckhold. ad tit. ff. d. mun.* definit, quod ſint, quæ ſumtibus patrimonii & adminiſtrandis damnis expediuntur

imtur *l.1. §. 3. l.18. §.18. ff. h. t.* aut tertio corporis miniſterio & ſumptibus ſimul rempubl. civis juvare tenetur, & hæc dicuntur munera mixta *vid. l. 18. §. 26. ff. h. t.*

III. Perſonalia quod attinet munera, licet varias habeant diſtictiones, cum tamen noſtri non ſint inſtituti, eas non ſumus conſideraturi, ſed ad patrimonialia nos convertentes, eorum differentiam quaſi triplicem conſtituimus, aut enim dicuntur (1) de eo quod ex ipſa re percipitur, h. eſt, ut certa fructuum portio loco munerum præſtetur, ut habet *l. 9. Cod.. d. ſuſcept. propoſ.* (2) aut rebus imponuntur & bonis poſſidentium, ita, ut non certa fructuum portio ſed determinata pecuniæ ſumma certis temporibus ſolvatur, quod in ſpecie tributum *l. 4. ff. de cenſ.* vel contributio dicitur, aut (3) indicuntur ita, ut rei noſtræ uſus ad reipubl. commodum ſit concedendus, cujus exemplum eſt munus in hoſpitium recipiendi militem die Einquartierung. Hoc tamen ſingulare, licet ſit reale munus, hoſpitatio annexum habet, ut fiat ſine ſumtu, *l. 5. C. de metat. l. 1. §. 14 ff. de mun. & honor. Hahn. in Obſerv. ad VVeſenb. tit. de mun. & honor. n. 2. in fin.* nihilque aliud recipientes jure Romano præſtabant militibus, quam ea tandem, quæ habitationis cauſa erant neceſſaria, non animalium paſcua aut hominum eſcas, *l. 5. d. met. & Epidem.* nec ſalgami nomine culcitras, lignum, oleum, *l. un. Cod. de ſalgam. hoſpit. non præſt.* adeo ut miles qui talia exigebat, & dominus qui ea dabat, pœna affici deberet. *d. l. 5.* quia milites ſtipendia & annonas accipiebant, indeq; provinciales non debebant onerare *arg. l. 31. C. d. erog. milit. annon.* Hodie vero cum militibus ſtipendia ſæpius non præbeantur, vel ob hanc cauſam, vel etiã ex ſumma militum inſolentia fieri ſolet, ut ipſis in hoſpitiis etiam cibaria pro ipſorum equis, ac famulis præſtentur, atq; adeo multo

magis hodie hoſpitatura militaris pro reali munere habenda ſit, *arg. l. 1. §. 3. ff. d. mun. & hon.* jungatur *Receſſ. Imp. de Anno 1641. §. 22, & 23.* Hæc autem in imperio non aliter fieri debet, quam comitiali liberoque omnium Imperii ſtatuum ſuffragio & conſenſu *Inſtr. Pac. Oſnabr art. 8. §. 2. vid. Struv. exerc. 50. th. 66.*

IV. Porro illa munera patrimonialia quæ rebus imponuntur, ita tamen ut pro his certa pecuniæ quantitas ſolvatur, ſubdividuntur à Doctoribus, quod ſint vel mere realia, quæ ſpecialiter ipſis rebus, nullo ad perſonas habito reſpectu, imponuntur, quorum obligatio ex ipſa re oritur, eaque non ſolum ſubditis, incolis, & municipibus, verum etiam iis, qui neque municipes neque incolæ; ſed extranei & forenſes ſunt, imponi poſſunt, quia poſſeſſionibus & patrimoniis non perſonis indicuntur *l. 4. §. 2. ff. d. Cenſ. l. 6. §. ult. ff. d. mun. & honor. l. 18. §. 2. & ſeq. ff. eod. Thomat. d. collect. § ſane ſi negotium n. 21. & 22. Gail. l. 2. obſ. 52. n. 11. Hahn. ad tit. ff. de mun. & honor. num. 2.* Vel ſunt certo quodam reſpectu & ſecundam quid realia, quando ſcilicet munus aliquot perſonæ pro re imponitur, & poſterius hoc in ſpecie dicitur collecta, & eſt materialiter onus rerum ac patrimoniorum, formaliter verò perſonarum Klock. *c. 2. n. 103. Cardin. Tuſch. lit. C. concl. 450. n. 1.* jungatur *Hahn. ad tit. ff. de mun. & honor. n. 2. Mund. à Rodach. c. 2. n. 112.* inde à multis collecta onus mixtum appellatur *Cacheran. deciſ. 95. n. 46. Roſenthal. d. feud. c. 5. concluſ. 80. lit. S. Erneſt. Cothm. conſ. 11. n. 51. vol. 1. & conſil. 3. n. 265. & ſeqq. vol. 4. Gail. l. 2. obſerv. 52. n. 10.* de qua dicere noſtri præcipue eſt inſtituti.

V. Collectæ autem commode dividuntur, quod aliæ ſint univerſales, quæ alias etiam imperiales ac publicæ appellantur

lantur

lātur, Reichsſteuer/ Reichsanlage/ Reichshülffe/ Türckenſteur/ Türckenhülffe/ Römerzug/ aliæ ſpeciales, quæ vel circulares ſunt, vel provinciales; Univerſales ſive Imperiales ſunt, quæ ob publicam utilitatem ac neceſſitatem, ſtatuum conſenſu in comitiis eó nomine habitis per univerſum Imperium indicuntur, vid. Gail. *l. 2. obſerv. 53. n. 1.* ſive ut habet Reinking. *l. 1. claſſ. 5. c. 4. n. 199.* quæ ad utilitatem totius imperii, univerſis, qui ei ſubſunt, imponuntur, & harum origo forſan inde fluxit, quod olim Imperatore ad coronam Romæ petendam proficiſcente, ab ordinibus armanda & alenda erant IV. equitum & XX. peditum milla, idque ingentes exigebat ſumtus, quibus ferendis univerſum imperium in ſocietatem vocabatur *Severin. Monzamb. c. V. §. 7. Mund. à Rodach, d. c. 2. n. 84. & ſeqq.* verum licet expeditiones illæ Romanæ dudum fieri deſierint, deſcriptiones eam ob cauſam conceptæ huic fini inſerviunt, ut ſi fors imminente bello Turcico, vel ob aliam neceſſitatem publicam extra ordinem quid conferendum ſit, ratæ partes ſingulorum ordinum ſtatim ſciantur. Imperialis vero collecta vel eſt ordinaria, quo referenda eſt contributio ſtatuum zu unterhaltung des Cammergerichts vel extraordinaria, eaque eſt in duplici differentia vel enim ad negotia pacis vel ad negotia belli ſpectat, hujus generis eſt die Türckenſteur; Quæ ad pacis negotia pertinet, pro varietate utilitatis Reipubl. varia eſſe poteſt, & eo pertinent, quæ legationibus impenduntur R. A. Anno 1598. §. dieweil aber.

VI. Inter ſpeciales primum occupant locum collectæ Circulares vulgo Kreysſteur/ quas ſtatus unius circuli propter præſentem neceſſitatē communi conſenſu indicunt, & quidē in comitiis eo nomine inſtitutis R. A. zu Auſpurg 1555. §. ferner als 79. R. A. 1582. §. Neben uns über 44. *Bocer d. collect.*

*lect. c.3. n.6.* Provinciales ſunt, quas Princeps & ſtatus Imperii pro utilitate provinciæ, & territorii ſui vi juris territorialis ſubditis imponunt. ut habet *Klock. c. 2. n. 146. Gœdd. Conſ. Marpurg. 16. n. 1. vol. 4. Knich. d. jur. territor. c. 3. n. 209. 220, 342. & ſeqq.* & hæ collectæ vernacula noſtra die Landſteur dicuntur. Poſſunt etiam in ſuis præfecturis præfecti collectas indicere, non vero alio modo, quam juſſu & mandato principis, ſive illius, qui ſupremam tenet jurisdictionem, & hæ ſunt, quas vulgo præfecturales nominari audimus, nec denegatum eſt civitatibus urgente neceſſitate collectas imponere, quod tamen non aliter quam prævio civium conſenſu & conventione illis conceſſum, & inde municipales ortæ ſunt collectæ, vid. Struv. *d. Exerc. 1b. 68.* conſenſum ſuperiorum hoc caſu requiri docet Carpz. *p. 2. c. 6. d. 24. n. 7.* eoque pertinet der Vorſchoß/ Nachſchoß/ & ex hiſce collationibus officiales, ac publicæ perſonæ ſive ſint Eccleſiaſticæ, ſive profanæ, ſalaria accipiunt, vel ejuſmodi indictiones, ad conſervationem ædificiorum publicorum, pontium, portuum ac ſimiles neceſſitates ſpectant.

VII. Inſuper à rebus etiam nomen & diviſionem ſortitæ ſunt collectæ, ubi pro univerſali regula tenendum, quod, quotuplices ſint res quibus collectæ imponuntur, totuplices videantur etiam eſſe collectarum ſpecies, jam vero eæ res ſunt vel animatæ vel inanimatæ, vel mobiles vel immobiles, & ex his oriuntur die Hausſteur/ Schorſtein Geld/ Giebelſteuer/ acciſe, Scheffelſchatz & ſimiles collectarum infinitæ ferme ſpecies, ſed ſatis de diviſione, nunc ad perſonas collectas imponentes ut accedamus, brevitatis ratio ſuadet.

# CAPVT III.
# DE PERSONIS QVIBVS COLLECTANDI IVS COMPETIT.

§. I.

IVs collectandi ſeu indicendi collectas à Majeſtate dependere, nemo facile negabit, quod & affirmat *Dn. Struv. Exerc. 50. th. 65. Carpzov. l. 4. Reſp. tit. 10. Reſp. 70.* eſt enim hoc jus vere ſymbolum & nota ſuperioritatis, ſive eminentiæ, *Tholoſ. l. 9. de Repub. c. 1. n. 11.* unde & fructus ſupremæ Jurisdictionis ac Majeſtatis meritò appellatur, quamvis diſtributio collectarum inter ſubditos talis non ſit, ſed tantum modo Jurisdictionis executio *Bocer. tract. d. collect. c. 1. num. 25.* ubi ſimul diſtinctionem *Klockii* quam habet *c. 3. num. 309.* ſilentio præterire non poſſumus, collectam in publicam & privatam dividentis. Prior à ſuperioritate deſcendit, poſterior vero ex pacto & conventione originem habet, neutiquam vero ſuperioritatis juri ſuum ortum debet, & hæc diſtinctio in cauſa eſt, quare non omnis collecta à ſuperioritate deſcendere dici poſſit.

II. De publica collecta notandum, quod & capite ſecundo memoravimus, eam eſſe primo Imperialem, die Reichsſteuer / quemadmodum autem publica collecta ordinaria, qualis eſt (1) der Anſchlag des Römerzuges / licet enim ſingulis annis expeditio Romana non inſtituitur, tamen obligationem perpetuam habet, (2) Contributio ſtatuum zu unterhaltung des Cammergerichts *Ord. Cam part. 1. tit. 42. & aliquot. ſeqq.* R. A. 1654. §. Dieweil auch jährlich *11.* non ſolum Imperatoris, ſed omnium ſtatuum conſenſu eſt introducta, ita etiam quotieſcunque publica totius Imperii utilitas & neceſſitas hoc efflagitat, ut quædam extraordi-

extraordinaria universalis collecta indicatur ſive ad pacis ſive ad belli negotium ſpectans, publica prius in Comitiis ea de re inſtituitur deliberatio, & tum ſi Reipubl. neceſſitas apparet, communi omnium ſtatuum ſuffragio collecta generalis indicitur; idque non ſolum in receſſibus Imperii expreſſe conſtitutum, R. A. zu Nürnberg 1524. §. Item als auch. R. A. zu Anſpurg 1530. §. Demnach wir *& ſeqq.* verum etiam in Imperatorum electione pactionibus, quas Capitulationes vocant, ne absque ſtatuum conſenſu ejuſmodi indictiones fiant, caveri ſolet, *Limnæ. ad Capit. Carol. V. art. 12.* quæ omnia in inſtrumento pacis Oſnabrügenſis repetita, & corroborata ſunt, *art. 8. §. 7.* Verum quæritur etiam hoc loco an caſu ſummæ & extremæ neceſſitatis absque conſenſu ſtatuum Imperator collectas Imperio indicere poſſit, & videtur id affirmandum, quia, quod neceſſitate urgente factum eſt, culpam non meretur, & urgente illo duriſſimo necesſitatis telo, quæ injuſta ſunt, juſtisſima cenſentur, *Bodin. l. 5. de Republ. c. 5.* Verum in negativam tranſire ſententiam tutius videtur cum *Klockio c. 4. num. 24. & Limn. ad Capit. Ferdinand. III. art. XIV.* qua capitulatione expreſſe cautum reperitur, ne absque ſtatuum conſenſu ulla indicatur collecta, & ſi forſan extrema necesſitas nullam moram patiatur, Imperator ad minimum obligatus eſt, conſilio & conſenſu Electorum uti: ipſius conſtitutionis verba tranſcribere operæ pretium duximus: ſo offt als die Noht erfordert / einiger Steuer halber etwas an die Stände gelangen zu laſſen / wollen wir uns darzu der ordentlichen Mittel als Creyß und Reichstage gebrauchen / oder da es die euſerſte Noht erfordern thäte / mit recht und gutachten mehrerwehnten ſechs Churfürſten verfahren. Et ex hoc concluditur, quod plane nullus necesſitatis articulus Imperatori majo-

rem

rem poteſtatem conferat, quam ut ad minimum urgente neceſſitate, Electorum conſilium & conſenſum adhibeat, *vid. Limn. cit. loc. & Carpzov. l. IV. Reſponſ. tit. 10. Reſp. 70. jung. Dn. Conring. exercit. Jur. Publ. 8. th. 89.* Quamvis in ultima Capitulatione Leopoldi Imperatoris invictiſſimi ita hoc mutatum videatur, ut quocunque caſu omnium ſtatuum conſenſus ad indictionem collectæ extraordinariæ hodiè ſit neceſſarius, *Capit. Leopold. Imperat. art. 17.* in verbis: Auch wir in zugelaſſenen nohttürfftigen unverzüglichen Fällen die Steur Aufflage anders nicht/ als nach anweiſung berührten Friedenſchluſſes anſetzen noch ausſchreiben/ Inſtrumentum vero pacis non diſtinguit inter neceſſitatem, quæ moram, & quæ nullam patitur, ſed generaliter & indiſtinctè ad tributorum Imperialium indictionem omnium ſtatuum conſenſum requirit, Inſtr. Pac. Oſnabrug. *art. 8. §. 2.*

II. Statibus Imperii ex jure ſuperioritatis, tanquam poteſtate proximè ad Majeſtatem accedente jus collectandi competere, ſupra diximus, quod tamen plerumque cum conſenſu ſtatuum provincialium, juſtis ex cauſis, jurisque moderamine ſemper adhibito, *Carpzov. l. 4. Reſp. tit. 10. Reſp. 70.* fieri ſolet. Quod enim Imperator poteſt in Imperio Romano, id Princeps poteſt in ſuo territorio. Imprimis ad tributum extra ordinem indicendum, pleriq; conventum & aſſenſum ſtatuum provincialium requirunt, alii vero an hoc neceſſum ſit dubitant, *Bocer. d. collect. c. 4. Lampad. d. Jur. Publ. p. 3. c. 14. n. 23. Dn. Hugo d. Stat. region. Germ. c. 3. theſ. 30. in fin. & c. 4. theſ. 29.* Verum quoniam omnium locorum conſuetudo, quæ tamen in impoſitione collectarum præcipue ſpectanda. *Gail. lib. 2. obſ. 52. n. 18.* non eſt eadem, nec collectæ omnes ejusdem generis, ſed aliæ majoris, aliæ minoris neceſſitatis, nihil certi generaliter hic definiri poteſt; obſtat tamen *l. un. Cod. de ſuperindiction.* qua

admonentur provinciales nemini quicquam exſolvere, quamvis indictionis titulus etiam ſolennis emineat; quod verum exiſtimamus, ſi antiquam Reipubl. Romanæ faciem, & priſtinum Imperii noſtri ſtatum & conditionem aſpicimus, eo enim tempore dignitas hæc erat magiſtralis, & ad nutum Imperatoris quaſi revocabilis, quod tamen à multis jam ſeculis ſecus ſe habuit, cùm dignitas Ducum & Comitum, quæ olim temporalis erat, partim vi, partim emptione, partim profusâ Regum liberalitate, paulatim ita mutata ſit, ut provinciis jam Duces & comites præſint, non ut gubernatores, ſed penè ut Reges, ſalva tamen ſemper Imperatoris ſuperioritate; quia igitur non omninò abſolutam poteſtatem, nec proprie Majeſtatem habeant, vocari ſolet eorum poteſtas *jus ſuperioritatis* Landtsfürſtl. Obrigkeit / Lands Hoheit und Herrligkeit / *Dn. Conring. in diſput. Jur. Publ. 4. de Duc. & Comit. th. 17.* eique adſtipulatur *Klock. t. 4. n. 142. inquiens:* Eo excrevit & progreſſa hodiè eſt Principum poteſtas, ut dignitates & Imperia non minus propria ſibi vendicent, ac ſi Reges eſſent, aut Imperatores, fertque hoc Germaniæ conſuetudo, ut Principes in ſuis Principatibus Imperatoris radium, tanquam ſui ſolis pleniſſima imagine referant & repræſentent.

III. Ad Civitates nunc accedamus: Ubi obſervanda erit illa civitatum diſtinctio; quod ſint vel Imperiales Frey= Reichsſtädte / vel municipales; Civitates Imperiales quin in ſuo diſtrictu & territorio jura territorii & regalia habeant, extra omne dubium eſt. *vid Gail. obſ. 57. lib. 2. n. 2.* qui & confirmat, quod de civitate non recognoſcente ſuperiorem, idem judicandum ſit ac de Principe, idem apparet ex publica Imperii deciſione in *tranſaction Oſnabrug.* facta *Inſtrum. Pac. Caeſ. Suec. art. 8. §. tam in univerſalibus.* Inde

omnino

omnino ſit, quod hæ civitates jus collectas imponendi ſivè collectandi habeant, verba Inſtrum. Pac. eo ſpectantia hæc ſunt, *iisq; recta & intacta maneant regalia, reditus annui, libertates, privilegia confiſcandi, collectandi, & inde dependentia*, quod de Civitatibus inferioribus tamen ſive municipalibus non affirmandum, quippe quæ privatorum loco habentur, *Gail. d. l.* impoſitio vero collectarum, ad ſuperioritatem pertineat, & ſublimioris Dominii ac eminentiæ fructus, atteſtatio, nota, ſymbolum ſit ac fundamentum Klock. *c. 14. n. 2.* excepto tempore neceſſitatis, tunc enim jus collectandi illis absque conſenſu ſuperioris haud quaquam denegandum, licet etiam hæ civitates ne ſimplicem quidem habeant jurisdictionem, cum jus collectandi à ſimplici jurisdictione non dependeat, *vid. Bocer. d. coll. c. 11.* ea tamen conditione, ut totius univerſitatis conſenſus accedat, ſine quo, & neceſſitate ſive utilitate publica ceſſante collecta impoſita nullius dicitur eſſe momenti, *l. 2. C. d. oper. publ.* Hoc tamen caſu minoris partis diſſenſus majori nil derogat, ſed ſufficit maiorem partem conſenſiſſe *Tholoſ. Syntag. Jur. Univ. l. 3. c. 7. n. 11.*

IV. Nobiles porro liberi ac immediate Imperio ſubjecti, Germanicè die Frey-Reichs Ritterſchafft quamvis pro ſtatibus Imperii non ſint habendi, cum nec ſeſſionem nec ſuffragium in comitiis imperialibus habeant, adeoque duobus hiſce eſſentialibus ſtatuum Imperii requiſitis deſtituantur, neque reperiantur in ſubſcriptionibus Receſſuum, R. A. d. anno 1548. §. Wenn auch ein außgezogener 56. ibi Stim und Stand in Reichsverſamlungen/ *Gail. l. 1. obſerv. 21 n. 9. verſ. quod ſeſſionem & votum. Reinking. d. regim. ſecul. & Eccleſ. l. 1. claſſ. 4. c. 1. n. 24. & ſeqq. claſ. 5. c. 10. n. 6. Regner. Sixt. l. 1. d. regal c. 4. n. 94.* tamen ex ſpeciali conceſſione

 & pri-

& privilegio, quia jus territoriale ipſis tribuere velle, forſan difficultate non caret *Gœdd. in reſponſ. de Baron. Vall. n. 370. Rumel. ad A. B. diſſert. 1. in fin. jung. Dn. Hugo in dictâ diſſert. de Stat. Region. Germ. c. 5. th. 5. & 6.* jus collectandi habent *Klock. d. contrib. c. 4. n 293. & 294. Mund. à Rodach. d. mun. c 2. n. 330. & ſeq.* ſed ſufficiat ratione noſtræ brevitatis de perſonis collectam imponentibus dixiſſe, &, ſi quæ forſan adhuc aliæ ſunt, quibus idem collectandi jus competit, commode, ni fallimur, omnes ſequenti propoſitione includuntur. Quicunq; jus territoriale habent, vel alias regalibus fruuntur, vel quibus ex ſpeciali privilegio vel conceſſione ſive lucrativa ſive oneroſa, jus collectandi conceſſum, vel præſcriptione acquiſitum eſt, omnes hi, utilitate & neceſſitate publica urgente, collectas indicere poſſunt. *Erneſt. Cothm. vol. 4. Reſp. 3. n. 237. & 258. Klock. c. 3. n. 179. Mund. à Rodach. c. 2. n. 400. & 401.* præſcriptio autem hic intelligitur temporis longiſſimi *d. l. Cothm. n. 257. Klock. d. l. 175. 179 180. Sixtin. d. Regal. l. 1. c. 5. n. 158. Roſenth. d. feud. c. 5. concluſ 16. num 6.* una tamen ſpecie collectandi præſcripta, v. gr. Fräulein-Steuer extenſio non ſtatim fit ad aliam, quia tantum præſcriptum, quantum in ſpecie poſſeſſum, vel quaſi, *l. quod meo 18. §. fin. ubi Dd. ff. d. acquir. poſſeſſ.* iniquiſſimum enim eſt, autore Papiniano; auferre Domino, quod uſus ei non abſtulit, *l. 20. ff. ex quib. cauſ. maj. d. l. quod meo 18. c. cum olim extr. de præſcript. Klock. d. c. 3. n. 185. 186. 187.*

## CAPUT IV.

## DE PERSONIS, QUÆ COLLECTARI POSSUNT.

§. I.

IMpoſitionis collectarum cauſa cum ſit ſubjectio, ita ut hac

hac ceſſante, impoſitio quoque ceſſet, docente *Carpzov. l.4. Reſp. tit. 10. Reſp. 75. n. 4. Gail. l. 7. obſerv. 52. n. 13.* ſequitur, quod regulariter nemo alius niſi incola & ſubditus collectis gravari poſſit, juxta *l. 6. ff. de mun. & hon. §. ult.* Id quod in tantum verum habetur, ut non niſi illi, qui homagio ſive fidelitatis juramento devincti ſint, collectari queant *Klock. c. 11. num. 3.* & qui habitationem & commorandi animum in loco collectandi habeant, cum & ratione domicilii quis ſubditus dicatur *l. 20. ff. ad Municipal. Gail. l. 2. obſ. 35. num. 7.* adeo ut ſi quis duobus locis habeat domicilium, & utrobique æqualiter ſe inſtruxit, *l. 5. & 6. §. 2. ff. ad Municip. Gail. d. obſ. 35. num. 7.* etiam utrobique onus collectæ ſubire cogatur *Klock. c. 11. num. 8.* Quod ſi tamen in uno loco frequentius commoretur, videtur in eo proprie habere domicilium, & ad contributionem vocandus eſſe, *l. 27. §. 7. ff. ad Municip. Ant. Fab. in Cod. l. 9. tit. 23. defin. 10.* Qua ratione mulieri in loco ubi maritus domicilium habet, quia ejus forum ac domicilium ſequitur, onera imponi poſſunt. *Klock. d. c. 11. num. 13. & 14.*

II. In ſubditis vero ut ex rebus ac bonis ſuis tributa perſolvant, requiritur. *(1)* ut res poſſideant, & quidem (2) cum poteſtate fructus percipiendi, *l. 7. §. de publ. l. ult. C. ſine cenſ. vel reliq. l. 2. in verb. qui poſſeſſiones tenet. & fructus percipit l. 3. C. de annon. & tribut.* nam munera & contributiones ſunt fructuum onera magis quam proprietatis *l. 7. §. 2. l. 27. §. 3. ff. de uſufr. l. 13. ff. d. impenſ. in rem dotal. fact.* quales ſunt (1) Domini pleni, (2) uſufructuarii *d. l. 7. §. 3. l. 27. §. 3. ff. d. uſufr.* (3) Emphiteutæ *l. 2. C. d. jur. Emph.* juncta *l. 8. C. d. apoch. publ.* (4) Maritus ratione rei dotalis *l. 13. ff. d. impenſ. in rem dotal. fact.* (5) Vaſallus cum

 ad

ad eum utile dominium & fructus feudi pertinent *Carpz. lib. V. Reſp. 71.* quod tamen intelligendum de feudo ruſtico & collectandi oneri obnoxio, vel ſi in caſu ſummæ neceſſitatis extraordinaria indicatur collecta, *Carpzov. d. Reſp. n. 5.* (6) Creditor Antichreticus, nam habet jus pignoris & ſic in re, & propter illud poteſtatem fructus ex re oppignorata loco uſurarum percipiendi *Klock. d. c. 11. num. 223. & 224.* licet creditor à debitore collectarum ſolutionem ſtipulatus fuerit, idq; debitor expreſſe ei promiſerit, privatorum enim pacta publico juri derogare nequeunt, *l. 7. §. 7. l. 38. ff. d. pact.* & collectæ ſunt onera realia adeoque in quemvis poſſeſſorem tranſeunt *l. ult. C. ſine cenſ. vel relig.* accedit, quod ejuſmodi ſtipulatio uſurariam pravitatem ſapiat, adeoq; injuſta ac jure ſit prohibita *Andr. Rauchb. l. 1. q. 18. Klock. c. 11. n. 142. & aliquot. ſeqq.* Quod ſi tamen creditor eo nomine damnum aliquot incurrat, quod fit, ſi fructus ex re oppignoratâ percepti, detractis prius collectis, legitimam uſurarum quantitatem non conficiant, ad illud reſtituendum, præſertim ſi id expreſſe promiſit, omnino debitor obligatus eſt. *Klock. d c. 11. n. 149.* (7) Emptor cum pacto de retrovendendo; nam dominium in re emtâ, & , antequam ea non redimatur, fructus ex illa percipiendi poteſtatem habet, *l. 13. C de Act. emt. vend l. 2. Cod. de pact. inter emt. & vend. Struv. Syntagm. Juriſpr. exercit. 23. th. 42. & 46.*

III. Subditi porro collectas perſolvunt (1) pro bonis in territorio ſitis, (2) pro rebus mobilibus, licet eas extra territorium habeant, quia iſtæ ſecundum leges domicilii æſtimantur, quales ſunt merces, quas mercatores in alias regiones invehunt, vel etiam exportant, earum enim nomine in loco domicilii munera ſubeunt, *Erneſt. Cothm. vol. 1. Reſp. 11. n. 165. & 166. Mund. c. 5. n. 91. & mult. ſeqq.* Verum

de

de rebus immobilibus extra territorium ſitis utrum ſubditi collectis onerandi ſint, eſt quæſtio ſic ſatis intricata, & diſtinguendum cenſemus inter munera ſive collectas merè reales & inter munera ſive collectas, quæ perſonis pro rebus imponuntur. Prioribus, quia illa in loco ubi prædia ſita ſunt, perſolvi debent, ſubditi non erunt gravandi, iniquum enim eſſet, utrobique munera realia ſuſtinere *Card. Tuſch. in pract. concl. lit. C concl. 133 n. 3. Klock. c. 11. n. 30.* poſteriores verò pro rebus etiam alibi ſitis à ſubditis perſolvuntur: Nam non tam rebus quam perſonis, h. e. ſubditis pro rebus imponuntur & ſic Magiſtratus ſubditis ejusmodi collectas indicendo non videtur extra territorium, quod alias eſt prohibitum. *l. fin. ff. de mun.* jurisdictionem exercere *Klock. d. l. n. 30.* niſi forſan ſubditi ex conſuetudine vel privilegio, præſcriptione vel ſtatuto, extra territorium de bonis alibi ſitis collectentur, tunc in loco territorii à collectis & muneribus iſtis immunes eſſe debent, iniquum ſiquidem eſſet utrobique onera realia ſuſtinere, *Gail. l. 2. obſ. 33. n. 10.* videntur à noſtra ſententia ex parte recedere *Mund. c. 5. n. 53. & aliquot ſeqq. Cothm vol 1. Reſp 11 n. 23.*

IV. Quod demum forenſes attinet, quia illi propriè non ſunt ſubditi, ad munera & collectas regulariter non adſtringuntur *l reſcript. 6. §. fin & ibi gloſſ. ff d. mun. & honor. Gail. l 2. obſ. 32. n. 12. Cothm. conſ. 3. n. 262. vol 4.* Diſtinguendum tamen hic eſt inter munera Imperialia & provincialia; Et illa non in territorio ubi prædia poſſidentur, ſed ubi domicilium habetur præſtanda ſunt R. A. d. anno 1500. §. Daß ein jeder nicht mehr R. A d. anno 1542. §. Dieweil aber etzliche 68. R A d. anno 1544. §. Damit aber ſolche Ordnung 45. in verb. daß ein jeder alleine an dem Orte da er geſeſſen/ ſeine Anlage zu dieſer defenſion hülffe geben/ von

allen

allen ſeinen Haab und Gütern/ wie die in oder auſſerhalb des Reichs ſein oder liegen/ und das kein Stand den andern/ oder deſſelben Unterthanen darwider dringe/ noch auch anderer ſo unter jhnen nicht geſeſſen Haab oder Güter/ ob die ſchon unter jhme gelegen/ dieſer Anlage halber belege/ nehme/ noch auffhalte/ *Mynſ. cent. 5. obſ. 12. Gail. l. 2. obſ. 52. n. 13. & obſ. 53. n. 2.* Quoad hæc vero ulterius diſtinguendum inter realia quæ perſonis pro rebus imponnuntur, & merè talia: priora quia perſonis, licet patrimonii reſpectu indicuntur, forenſes non præſtant, ſed ſubditi tantum. *l. cum neq. 4. l. privilegio 6. C. d. incol. l. libertus 17. §. ſola ff. ad Principal. l. reſcripto 6. §. fin. ff. d. mun. & honor. Gail. l. 7. obſ. 52. n. 13. & obſerv. 53. in fin. Petr. Frider. l. 2. d. mandat. c. 47. n. 8.* poſteriora h. eſt mere realia, cum poſſesſionibus ſolum indicuntur, forenſes ſuſtinebunt *l. uniç. verſ. ult. C. d. mulier. lib. 10. l. 4. §. 7. ff. d. cenſ. l. 6. §. fin. l. 18. §. 21. & 22 ff. d. mun. & honor. Feſtus d. æſtim. & collect. p. 7. c. 3. num. 15.*

V. Progrediendum nunc eſt ad perſonas à præſtatione munerum ſive collectarum immunitatem habentes; De quibus ita argumentamur. Quicunque ſubditi res non poſſident, vel licet poſſideant absque poteſtate fructus percipiendi, vel jus immunitatis conſecuti ſunt, illi à muneribus & collectis ſunt immunes, *arg. l. 2. Cod d. annon. & trib. l. 13. ff. de impenſ. in rem dotal. fact. tot. tit ff. d. jur. immunit.* Talis jam eſt *(1)* Conductor ædium, ſive inquilinus *l. 2. Cod. d. annon. & tribut.* (2) conductor prædiorum ruſticorum, nec (3) hinc excludimus colonos partiarios, ſo zum halben Theil der Früchte die Güter excolieren/ *Dn. Mavius* in ſeinen rechtl. Bedencken wegen der Grundherrn *c. 4. num. 394.* ubi tamen diſtinguendum inter collectas quæ perſonæ aut rebus coloni imponuntur, aut

imponi

imponi poſſunt, & quæ ipſi rei locatæ. Priores conductor præſtat, uti eſt capitatio, quæ perſonæ indicitur nulla habita patrimonii ratione, Haupt-oder Kopffgeld / *arg. l. 3. ff. d. cenſ. l. 1. Cod. d annon & tribut* item cenſus rerum, qui imponitur perſonæ conductoris pro rebus, habita contemplatione patrimonii, quæſtus, mercaturæ, artificii *l. 6. §. fin. ff. de mun. & honor. l. 4. ff. de cenſ.* nam ad id conductores tanquam cives & incolæ obſtricti ſunt; Poſteriores quæ rei locatæ imponuntur, à locatore præſtanda, & ſi forſan conductor ſe ejuſmodi collectas ſolviſſe probet, à locatore reſtituenda ſunt, *arg. l. 1. §. 3. ff. de via publ. Dn. Mævius* in ſeinen Bedencken *c. 4. num. 390* ubi multis rationibus & Doctoribus hanc ſententiam corroborat nec minus *Dn. Hahn in Obſ. ad VVeſenb tit. loc. cond. n. 16.* late & ſolidè hac de re agit. Quod autem hoſpitationem militarem attinet cum *Dn. Hahnio* allegato loco diſtinguimus, aut illa fit abſque ſumptibus & conſiſtit in nuda domus ac hoſpitii præſtatione, eamque ſuſtinet ſolus conductor. Aut illa fit cum ſumtibus, & ſtricto jure locatorem ſpectat; quia eſt munus reale *l. 4. Cod. d. agr. & cenſ.* ex æquitate inter locatorem & conductorem commune quaſi eſt, & ſic etiam æqualiter hoc munus inter eos dividendum. *vid. Dn. Mæv. alleg. tract. c. 4. n. 435.* propter rationes in præcedentibus adductas.

VI. Ad perſonas à collectis immunes (4) pertinent exemti ſive qui jus immunitatis ſunt conſecuti, quæ immunitas vel expreſſa eſt vel tacita *Eckold. coll. pand. d. jur. imm.* expreſſe immunitatem concedit (1) Indulgentia Principis, cujus intuitu exempti ſunt (α) Clerici ratione domicilii & inhabitationis, *l. 1. Cod. d. Epiſc & Cler.* (β) Doctores & omnium facultatum Profeſſores *l. fin. Cod. de Prof. & Med.*



(γ) ra-

(γ) ratione feudorum Vaſalli, quam tamen immunitatem non gratuito habent, ſed propter incommodū, & inremunerationem ſervitiorum perſonaliū, quæ Dominis ratione feudorum præſtant, *Carpz. l. 4. Reſp. 71. tit. 10.* Verum ſi quam immunitatem à Principe privilegio aut indulgentia conſequimur, ut ea firma ac juſta ſit, duo ſunt attentenda: primò ut à Principe concedatur ex juſta & probabili cauſa, in Reip. ſalutem, non vero in tertii alicujus præjudicium, talia enim reſcripta & privilegia à Principe impetrata expreſſe infirmat *l. un. Cod. ſi contr. jur. & util. publ.* & quamvis Principis ſumma ſit poteſtas, id vero tantummodo poſſe præſumitur quod honeſtè poteſt, præprimis cum intra fines juſtitiæ incluſa ſit Principis poteſtas *Gail. l. 2. obſerv. 56.* ſecundo ut Princeps immunitatem concedendo alios non gravet *vid. Eckold. ad tit. d. jur. immun.* ſummus tamen Princeps etiam ſine cauſa in aliorum ſubditorum præjudicium immunitatem concedit, inferior verò non niſi cum cauſa ut propter bene merita & in ſui ipſius præjudicium, *Hahn. ad tit. d. Jur. immun.*

VII. Verum quod jam dictum eſt in ordinariis collectis tantummodo locum habet, & nequaquam ad extraordinarias extendendum, quæ ob ſummam & extremam indicuntur neceſſitatem, *Carpzov. l. 4. Reſp. 75. tit. 10. Eckold. cit loc.* præſertim ſi tanta ſit neceſſitas, ut niſi ad privilegiatos ſimul onus perveniat, non poſſit ſuſtineri, *eod. loc. Carpzov.* de Vaſallis adhuc adeſt diſceptatio, an caſu ſummæ neceſſitatis immunes cenſendi ſint, & pro patrono ac defenſore habent *Mynſing. decad. 15. Reſp. 1.* ex ratione quam ſupra dedimus, quod nimirum ſunt dominis ratione fundi ad ſervitia feudalia præſtanda obſtricti, verùm opponit huic ſeſe acerrime *Carpzov. Reſponſ. l. 4. Reſp. 71. tit. 10.*

*tit.10.* item *Juriſprud. forens. part. 3. C. 5. d. 19. n. 15. & 16.* pro fundamento habens ſummam & extremam neceſſitatem & quanquam duplici onere nemo facile afficiendus, quod in hoc caſu fieri neceſſe eſt, multa tamen in ſummo neceſſitatis caſu permittuntur, quæ juri alias adverſantur, quale etiam, quod, collectis pro communi patriæ defenſione indictis, bona principis patrimonialia nequidem ſint exemta *Carpz. d.l. Reſp. 75.* quia ſimilis in his militat ratio, æque enim illa ac bona privatorum ſive ſubditorum ab incurſu & incenſione hoſtili vindicantur & propugnantur.

IIX. Secundam exemptionis cauſam conſtituit pactum, quando obligatio aliqua reciproca ſive compenſativa intervenit, *Eck. ad h t* & hæc eſt firmiſſima, realis, adeoque ad hæredes tranſitoria. *Dn. Hahn. ff. ad. h. t.* huic affinis eſt (3) cauſa præſcriptionis, nam & illa liberationem operatur, cum eadem hujus ſit ratio quam privilegii. *per l. fin. Cod. d. fund. Patrimon.* quæ lex expreſſe vult, ut ſola allegatio & probatio temporis 40. annorum ſive cum ſive ſine titulo ab omni ulteriori quæſtione aliquem liberet, verum ſi rem accuratius penſitemus, requiruntur ad hanc immunitatis cauſam duo (1) legitimum tempus, ubi variæ variorum opiniones, alii ſpatium 10. annorum, alii 30, alii inter quos *Klock. c. 16.* 40. annorum poſtulant, verum rectius illi putant, qui ad hanc inmunitatem conſequendam requirunt præſcriptionem immemorialem *vid. l 6. C. d præſcript. 30. vel 40. ann. Dn. Struv. Syntagm Jur. Civil. Exerc. 50. th. 75.* & ſic etiam immunitas præſcribitur contra Reichs und Türckenſteur / R. A. de anno 1548. §. wen auch ein ausgezogener 56. & *Dn. Hahn. ad tit d. Jur. immun.* (2) requiſitum eſt quaſi poſſeſſio, de qua *vid. Klock. cit. loc.*

# CAPUT V.

## DE REBUS UNDE COLLECTÆ SOLVUNTUR DE MODO EAS INDICENDI ET DEMUM DE EFFECTU.

### §. I.

MUnera & contributiones eſſe fructuum onera magis quam proprietatis, non eſt quod quis dubitet: Cum poſſidens fructusque ſuos faciens collectam eo nomine ſolvere, & munera præſtare debeat, *l. 7. §. 13. l. 27. §. 3. ff. de Uſufr. l. 13. ff. de impenſ in rem dotal fact. l. 32. §. 6. ff. d. adminiſtr. tut. l. 2. C. de annon. & tribut. jung.* R. A. d. anno 1594. §. Demnach dann 16. inde ſequitur quod ex iis rebus, unde fructus & quæſtus percipitur, collectæ ſolvendæ ſint, ſive illæ ſint corporales, ſive incorporales, ſive mobiles, ſive immobiles *d. l. 13. ff. d. impenſ. in rem dotal. fact. l. 7. §. 2. l. 27. §. 3. ff. d. Uſufr. l. 13. C. d. act. empt. vend. l. 2. in fin. Cod. d. annon. & tribut.* R. A. de anno 1542. §. Und nach dem 54. 55. 56. Et quidem ad res corporales mobiles (1) ſpectant, oves, boves, equi, mulæ, juvencæ, capræ, ſues, anſeres, gallinæ, anates, columbæ, apes, modo lucri quæſtusque cauſa, non vero ad ſolius familiæ ſuſtentationem alantur, quæ enim ad neceſſariam ſui ſuorumque ſuſtentationem conſumuntur, in contributionem non veniunt, *arg. l. de grege. 9. ff. d. inſtruct. & inſtrum. legat. Mund. à Rodach. c. 6. n. 7. & ſeqq.* (2) merces mercatorum, tum quod ex iis quæſtus uberrimus, & fructus multiplex percipitur, tum quod mercatores eorumque merces ſub ſecuritate & defenſione ſunt Magiſtratus, collectas & munera indicentis. *Cothm. conſ. 11. n. 164. & ſeq.*

*& ſeqq. vol. 1. Sixtin. l. 7. d. regal. c. 14. n. 134. jung. Joh. VVilhelm.* Rövenſtrunck von Anlage *p. 43. n. 33.* (3) Pecunia fœnori expoſita, *l. 27. §. ult. ff. ad Municipal. l. 18. §. 3. de mun. & honor.* Rövenſtrunck. *ind. tr. num. 31.* quas tamen collectas non debitor, ſed creditor uſuras accipiens perſolvit. (4) Bona uxoris receptitia & paraphernalia; nam eorum nomine uxor, quæ fructus percipit, collectas præſtat. *arg. l. pen. C. de mun. patrim.*

II. Immobiles res fructum ferentes ſunt (1) prædia ruſtica, quæ juxta eorum reditus, & fructus, deductis prius fructuum impenſis, non vero ad valorem rerum ipſarum æſtimanda ſunt *l. 7. prin. §. 16. ff. ſolut. matrim. l. 36. §. ult. ff. de hæred. petit. l. 46. ff. de uſur.* (2) Molendina, præſertim ſi in æſtimationem ſemel relata, quia eadem hic ſubeſt ratio commoditatis ac fructuum *Menoch. conſ. 12. n. 30. vol. 3.* Rovenſtrunck *n. 30.* Als Waſſer Wind- und Roß-Kornmühlen/ Oelig- Pappier- Walck- Bret- oder ſchneide Loh und Schleiff-Mühlen (3) Officinæ ferrariæ Eiſen/ Meſſing/ Kupffer-Hammer/ Schmeltz und Drat Hütten/ Stahlſchmitten / *Menoch. d. conſil. n. 32.* Rovenſtrunck *d. num. 30.* (4) prædia urbana uti domus area, horrea & alia ædificia, de quibus Hauß und Hoffſteuer/ Sparr Camien Balcken und Wacht-geld/ quæ iterum juxta penſiones, quæ ex ejuſmodi locationibus percipiuntur, non vero ex pretio ipſarum rerum æſtimari debent, quia ejuſmodi penſiones ſunt civiles ædificiorum fructus *l. prædiorum 36. ff. de uſur.* Rovenſtrunck. *num. 30.* (5) Salinæ Sälen oder Saltzwercke/ *l. forma 4. §. 7. ff. de cenſ.* Rovenſtrunck. *num. 32.* (6) Piſcatores, & Venatores, qui piſcibus & feris capiendis mercatum & negotiationem exercent, *l. 4. §. 6. ff. de cenſ.* Rovenſtrunck. *n. 35.* (7) Bona Emphiteutica Erbenzinßgüter, emphiteuta enim rei emphi-

teuticæ dominum utile habet, & fructus percipit, *arg. l. pen. §. poſſeſſor. 1. ff. qui ſatisdat. cog. l. 1. ff. ſi ager. vectigal. Stephan. Grat. c. 294. n. 30.*

III. Ad res in corporales (1) ſpectant artificia & opificia, ex quibus æque ac agricultura honeſtum lucrum quæritur, adeoque munera & tributa iis non injuſtè imponuntur *Menoch. d. conſ. 120. num 53. vol. 13. Tuſch. pract. concluſ. l. C. concl. 449. n. 1. & 2.* (2) jus annuorum redituum die jährlichen Renten und Gülden/ fructus enim & quæſtum profert; R. A. de anno 1542. §. Und nach dem 54. & 56. Rovenſtrunck. *n. 37.* (3) Jus decimarum, iſtæ enim fructus ferunt & ſunt in commercio hominum, non immerito igitur contributionibus ac muneribus ſubjiciuntur. *Mund. c. 6. num. 232. & 241.* (4) nomina, modo tamen certa ſint & fructus civiles h. e. intereſſe & uſuras ferant. *Mund. 6. n. 116.*

IV. Verum ab onere collectandi, uti etiam ſupra monitum, exemta ſunt bona feudalia, propter perſonalia ſervitia quæ Vaſalli Dominis exhibere tenentur *Cothm. conſ. 11. n. 37. Vol. 1. & conſ. 4. n. 266. vol. 4.* aliasque rationes, quas brevitatis ſtudio conſulto præterimus, niſi extrema neceſſitas adſit, quo caſu nec privilegiati abhoc onere immunes ſunt, R. A. anno 1544. §. 7. 11. & 43. (2) res ſteriles nullum fructum ferentes, uti eſt pecunia otioſa in arca repoſita, nullas uſuras pariens, *Gomez. l. 1. var. reſolut. c. 12. n. 14. Pruckm. conſ. 19. n. 17. vol. 2.* Huc (3) pertinent nomina incerta inexigibilia *Reſponſ. Facult. Marpurg. d. collect. n. 492.*) (4) Veſtes & ornamenta tam virilia quàm muliebria, uti ſunt catenæ, annuli aurei, Margaritæ & Lapides pretioſi, R. A. d. anno 1542. §. doch ſollen in ſolchen Anſchlag 55. R. A. Anno 1544. §. doch ſollen in ſolchen/ 48. *Joh. Math. d. contr. c. 5. n. 14. & ſeq.* (5) ſalaria officialium,

quæ

quæ ad neceſſariam vitæ ſuſtentationem ſunt deſtinata *Mund.c.6.n.313.& 316.* (7) loca deſerta & ſterilia, *l.4.§.illam æquitatem 1.ff.de Cenſ. Sixtin. d. Regal, l.2.c.14.n.89.Marpurg. n.487.* quod munera ſint onera fructuum, *l.7.§.2.l.27. §.3.ff.d.uſufr.l.2.C. de Annon. & tribut.* Et ſic ſatis pro inſtituto noſtro de rebus.

V. Proximum eſt, ut etiam de modo nonnulla quædam in medium adducamus: ut autem modus collectandi juſte ac recte ineatur, requiritur (1) ut membra ſocietatis quorum conſenſus in collectarum indictione eſt neceſſarius, in eas conſentiant: ſufficit autem regulariter, ſi major pars conſentiat, nam collectæ toti univerſitati, non ſingulis à ſuperiore indicuntur, & ſic ſola diſtributio collectarum, quæ â Magiſtratu etiam inferiori fieri poteſt, *Reſponſ Marp. n.472.473.* ad ſingulos immediate pertinet, ipſa vero collectæ indictio eſt negotium integram univerſitatem non ſingulos immediate concernens. Notum autem eſt in actibus univerſitatis majoris partis conſenſum ſufficere, minoremque partem, non obſtante diſſenſu & contradictione, compelli poſſe ad id, quod à majori univerſitatis parte approbatum fuit *l. quod major.19.ff.ad Municip.l.3.ff.quod cujusq. univerſ.l.4.l.5.C.de Decur.* Refertur enim ad univerſos, quod publice fit per majorem partem, *l. aliud eſt, 160.§.1.ff de Reg. jur.* In ſpecie vero in materia collectarum majorem partem univerſitatis ſingulos obligare, affirmat. *Nicol. Feſtas.d. æſtim. collectar.p.2.c.2.n.21. Schrader. d.feud.p.10.ſect.11.n.2. in fin. Roſenth. de feud. c.5. concl. 75.n 1.Reg. Sixtin.deregal.l.2.c.14.num.28.* jungatur præcipuè *Klock.c.6.* eleganter de pluralitate votorum in materia contributionum agens, ſimulque addens *n.65.* quod majora vota ſive numero plura, etiam maturiora ac rectiora cenſeantur, *arg.c.Eccleſia veſtra.Extr.de Elect.& Elect.poteſt.*

VI.Quod

VI. Quod autem collectas Imperii attinet, mota fuit in conventu Oſnabrüggenſi ardua illa quæſtio, an in contributionum materia attendi debeat majoritas votorum. Quia vero res illa non niſi acerrimis contentionibus tum involveretur *in Inſtrum. Pac. Oſnabr. art 5. §. 51.* ita cautum fuit. *Quod vero ad pluralitatem votorum in materia collectarum attinet, cum res hæc in præſenti congreſſu decidi non potuerit, ad proxima comitia remiſſa eſto.* Illis igitur comitiis ea quæſtio renovata & ſummo ſtudio agitata fuit, ſed indeciſa remanſit. Collegio enim Electorum majoritas votorum placuit, cui calculum ſuum quodammodo adjecerunt Principes Catholici, verum Principes Evangelici inter collectas voluntarias ac neceſſarias diſtinguendũ eſſe non ſine ratione arbitrati ſunt, ita ut ſi Reipubl. neceſſitas immineat, eaque ſit liquida, clara, nec juſta ex ratione dubia, in libero hujus vel illius ordinis arbitrio non ſit poſitum, num velit tali caſu emergente, Reipubl. ſuccurrere nec ne, ſed ad hoc unus quisque quaſi naturaliter ſit obligatus, eoque caſu majoritas votorum forſan locum habeat. Quando verò aut nulla Reipubl. neceſſitas adeſt, aut illa valde eſt dubia, aut quando collectæ non in Reipubl. ſed aliorum utilitatem ac neceſſitatem imponuntur, liberrimo cujuſcunque ſtatus arbitrio relinquendum eſſe videtur, utrum aliquid dare velit necne. *Autor* der Grundfeſte des Heil. Röm. Reichs *p. 3. c. 7. §. 7. jung. Klock. c. 6. num. 109 & 123.*

VII. Verum revertamur ad illa, quæ in modo collectas indicendi porro conſideranda ſunt, nimirum (2) ut cenſores ſive per æquatores conſtituantur *Feſtus. d. æſtim. collect. c. 1. q. 21. n. 6. Conſil. Marpurg. n. 476.* (3) qui omnes ſubditos cujuſcunque ſunt generis citare debent ad bonorum profeſſionem faciendam, *Conſil. Marpurg. n. 478.* liber enim cenſualis ſive æſtimi haud citatis non præjudicat, (4)

citati

citati ſub Juramento omnia ſua bona profiteri debent, vel ut alii propter metum perjurii ſentiunt, illa bonorum profeſſio fieri poteſt, promiſſione fidei data manu facta, quod omnia ſua bona fideliter revelare velint, *l. 4. ff. de cenſ. Conſil. Marpurg. n.482.* (5) Bona illa tum conſignantur in librum cenſualem, ſive æſtimum, *d. l. 4. ff. de cenſ. Beſold. theſ. pract. verb.* Saalbuch & (6) æſtimantur ratione fructuum, non vero ſecundum valorem rerum ipſarum, quia collectæ non tam ipſarum rerum quam fructuum onus ſunt, *l. 4. §. 1. ff. d. cenſ. l. 2. C. d. annon. & trib. Conſil. Marp. n. 485.* jung. R. A. *d. Anno 1542. §. 54.* R. A. *d. anno 1544. §.* Und nachdem der Churfürſten. *42. & 43.* Et tandem *(7)* æſtimatione hoc modo facta, munera ſive collectæ in ſingulorum bona ſecundum proportionem Geometricam pro viribus & modo facultatum, ita ut qui plus habet plus ſolvat, qui minus, ad minus etiam teneatur, diſtribuendæ ſunt. Et hoc alias vocatur per æs & liberam collectas imponere R. A. de anno 1544. *§.* Als aber wir *26.* in verb. ſondern ein jeder nach ſeinen vermögen neben den andern gleiche Anlage und Steuer gebe/ R. A. de anno 1495. d. anno 1512. *§.* 14. & ſeqq. idem in multis aliis Imperii receſſibus repetitum, *jung. Conſ. Marp. n. 2. 3. & 4.* Demum in collectarum indictione conſuetudines ſingulorum locorum diligenter obſervandæ ſunt, *l. ſi publicanus 4. §. ult. ff. de publican. Gail. l. 2. obſ. 52. n. 10. & ſeq. Cothm. conſ. 3. n. 290. & ſeq. vol. 4.*

IIX. Reſtat demum, ut effectum indictorum munerum & collectarum paucis ſubnectamus, qui in eo præcipuè conſiſtit, ut moroſi, refractarii ac renitentes collectarum debitores competentibus juris remediis ad munerum præſtationem compellantur. Duobus autem modis adverſos ipſos proceditur vel in modum executionis vel actionis. Prius fit ſi *(1)* pœna dupli moroſi collectarum debitores ad eas perſolvendas cogantur R. A. de anno 1566. *§.* Derowegen haben wir uns 44. in verbis ſo ſollen ſie dadurch in pœnam

 dupli

dupli gefallen ſeyn / R. A. de anno 1584. §. Demnach ſollen / 11. in verb. Sie in pœnam dupli unwiederſprechlich gefallen & §. 12 in verb. und verwürckten / Pöen dupli mandata pœnalia ad ſolvendum. R. A de anno 1603. §. 20 & 21 R. A. de anno 1633. §. Und damit ſich niemand 9. jungatur ſentententia in *chiliade ſententiarum Cameral. Jacob. Bluhmii extans n. 575. publ. 25. Octobr. 1659.* in verb. Daß ſie jhren gegentheil die Gerichtskoſten / an dieſen Keyſerlichen Kammergerichte derentwegen auffgelauffen / nach rechlicher ermeſſigung ſambt obgedachter pœna dupli zu entrichten und zubezahlen ſchüldig ſeyn ſollen. (2) Status Imperii moroſi & contumaces Regalibus ſuis privantur & quandoque etiam proſcribuntur, quæ tamen utraque pœna, ſi ita viſum, in mulctam converti poteſt, R. A. de anno 1566. §. 46. in verb. Daß der oder die dadurch in die pœn: der acht gefallen ſeyn. R. A. de anno 1594. §. 13. in verb. in die pœn der Acht gefallen ſeyn. R. A de anno 1594. §. 14 in verb. Und zu richtiger einbringung der Anlage die Seumigen an ſtatt verwirckter Acht oder privation ein anſehnlich Geld Pöen wie auch den Landfrieden ipſo jure ein verleibt zu declariren / idem conſtitutum R. A de anno 1603. § 22. & 24. R. A. de Anno 1613. §. 10. & 11. (3) mulcta etiam pecuniaria adverſus refractarios locum habet, *l. 1. C de cap. & diſtrah. pign. trib. cauſ. l. 10 jung. allegati Receſſ. Imper. Gail. l. 1. obſ. 20. num. 20.* (4) Pignora tum mobilia tum immobilia capiuntur & pro quantitate oneris diſtrahuntur *d. l. 1. & 2. C. de cap. & diſtrah. pign. Cothm. conſ V. n. 100. Vol 3.* modo tamen bobus aratoriis & inſtrumentis ad agriculturam deſtinatis parcatur, *l. executores 7 & Authent. agricultor. C. quæ res pign oblig poſſ* (5) Ipſæ perſonæ apprehenduntur & in cuſtodia detinentur *l. 2 Cod d. exact. trib. l. 10 Menoch. l. 1. A I. Q. qu. 88. n. 5.*

IX. Quando in modum actionis collectæ exiguntur, illæ actiones ſunt vel *Perſonales* vel *reales*. *Perſonales* ſunt condictio

dictio certi & condictio ex lege. Prior ſocum habet adverſus ſtatus Imperii, vel eiam provinciales, qui ſe in publicis Imperii vel etiam provincialibus comitiis ad certam pecuniæ ſummam collectarum loco ſolvendam adſtrinxerunt, *Gail. l.1. obſ. 20. n 6.* neque hinc eximuntur nobiles Imperio immediate ſubjecti, modo prius â Cæſarea Majeſtate per certos commiſſarios ad Imperio ſubveniendum requiſiti ſint. R. A. de anno 1566. §. Wir wollen auch 49. R. A. de anno 1641. §. Und damit ſolche Hülffe 33 Poſterior vero actio & *condictio ex lege*, competit ex conſtitutione ſive decreto imperii collectarum nomine facto, *arg. l. unic. ff. de condict. ex leg. Cylm. part. 2 Symph. tit. 6. vot. 1. n. 4.* Reales ſunt vel *remedia poſſeſſoria* vel *petitoria*. Illa vel *momentanea* vel *Ordinaria*. *Momentanea* precipue locum habent, ubi metus armorum ſubeſt, & ne pax publica in materia collectarum violetur, quo caſu ſummarie, cui momentanea poſſesſio adjudicanda, cognoſcitur *Gail. l 1. obſ. 5. n. 1. & ſeq Mynſing. cent. 2. obſ. 96. inf.* huc ſpectat ſupra allegata ſententia Camer. publ, 25. Octobr. 1659 in verb. Dan in puncto interventionis iſt erkand/ das dem Hr. intervenienten der Fr. Klägerin in beſitz vel quaſi des in actis geklagten juris collectandi eintrag und hinderung zu zufügen/ nicht gebühret/ ſondern biß in petitorio oder poſſeſſorio ordinario (ſo beyderſeits gehörigen Orten bevorſtehet) ein anders erkant/ davon abzuſtehen gehalten.

X *Ordinaria* pro poſſeſſione vel quaſi juris collectandi remedia ſunt vel *adipiſcendæ* vel *retinendæ* vel *recuperandæ* quaſi poſſeſſionis. *Adipiſcendæ* eſt, interdictum *quorum bonorum*, quando jus collectandi in hereditate defuncti reperitur, ſive ut allodiale, ſive titulo feudi à defuncto poſſeſſum vel quaſi *Klock. d. Contrib. c. 19. n. 132* Eo etiam videtur pertinere utile *Salvianum* interdictum, quo poteſt peti poſſeſſio rerum vel expreſſe vel tacite pro collectis obligatarum, *arg. l. 1. C. de prec. & Salv. interd. Klock. d. c. 19. n. 231.* Retinendæ

nendæ eſt interdictum utile *uti poſſidetis* & in eo à parte rei turbatio; â parte actoris quaſi poſſeſſio & quidem antiquior requiritur, & probanda eſt, *arg. l.1.ff. uti poſſid. c. licet cauſam 9. Extr. d. prob Klock. d c, n. 208.* Recuperandæ demum poſſeſſionis vel quaſi remedium eſt, utile interdictum *unde vi*, quando aliquis vi privatur quaſi poſſeſſione juris collectandi. *Rutger. Ruland. d. Commiſ. p. 3. l. 3. C. 8. n. 10.* ad hoc autem fundandum à parte rei dejectio; â parte vero actoris quaſi poſſeſſio, unde vi dejectus fuit, eſt neceſſaria *Klock. d. c.* Quo caſu etiam dejectus uti poteſt omnium pleniſſimo ac tutiſſimo remedio. *Can. Redintegranda 3. quaſt. 2.* idque non ſolum adverſus dejicientes, ac malæ fidei, verum etiam bonæ fidei poſſeſſores, vel quaſi juris collectandi datur, & ante omnia ſpoliatus reſtituendus *Klock d. c. 19. n. 149. & ſeq.*

XI. Demum reſtant remedia *petitoria* & eſt (1) hæreditatis petitio, ſi jus collectandi in hæreditate defuncti reperitur, ſive ut allodiale ſive titulo feudi à defuncto quaſi poſſeſſum *Klock. d. c. 19. n. 408.* (2) Actio hypothecaria, quia bona tacite Magiſtratui pro collectis obligata ſunt, una cum privilegio prælationis. *l. 1. & 2. C. ſi propt. publ. penſ. l. 1. l. 4. C. in quib. cauſ. pign. vel hypoth. l. 3. l. 4. C. d. Primipil.* (3) Actio confeſſoria utilis, quæ datur contra eum, qui ſe â collectis immunem eſſe dicit, *Bocer. d. coll. c. 13. n. 14.* (4) Negatoria quæ contra Magiſtratum indebite contributiones urgentem inſtituitur, adeo ut, ſi nimia ſævitia & expilationibus ſubditos gravet, etiam jurisdictione privari queat. *Gail. l. 1. obſ. 17. n. 2. & l. 1. d. pac. publ. c. 2. n. 22. Mynſ. Cent. 5. Obſ. 8. n. 3.* Quo caſu etiam mandata ſine clauſula adverſus Magiſtratum ultra quantitatem debitam ſubditos gravantem in Camer. Spirenſ. decernuntur *vid. Exemp. eleg. apud. Blum. in ſupplic. Cam. tit 8. d. mand. p. 223.* Verum inſtitutum noſtrum monet, ut brevitatis haud immemores filum abrumpamus, lectores ut hunc laborem benevole interpretari velint, obnixe rogantes, Deoque ter optimo maximo immortales perſolventes gratias.

*F I N I S.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE